CAES. BARONII

S. R. E. PRESBYTERI CARD.

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

SEDIS APOSTOLICAE BIBLIOTHECARII.

Paraneſis.

Ad Rempublicam Venetam.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

R O M AE, M. DC. VI.

Et NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum. 1606.

SVPERIORVM PERMISSV.

CAES. BARONII

S·R·E· PRESBYTERI CARD·

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

SEDIS APOSTOLICAE BIBLIOTHECARII,

Paræneſis,

Ad Rempublicam Venetam.

DOLEO vehementer, quod hortaturus vos quos plurimum diligo, nullis tamen ſalutationibus, quæ communicatorijs ac pacificis a litteris inter Catholicos, Catholica communicatione coniunctos, inconcordiæ ſymbolum, præfigi conſueuere, more maiorum, permulcere liceat: ſed ſalutationibus interciſis non aliter, quam ſi ad homines extra Chriſtianam religioné errantes Gentiles ipſos ſcribendum foret, vobiſcum agere fas ſit: iubente id potiſſimum Domino b noſtro Chriſto IESV, vt qui Eccleſiam non audierit ſit nobis tamquam Ethnicus & Publicanus. cum tamen his infelicibus vos ipſos reddideritis infeliciores; ſiquidem non ſolum Eccleſiam non audiſtis, ſed ſpreuiſtis, contempſiſtis, ignominia ſumma inſuper affeciſtis, publicis datis litteris, omni execratione digniſſimis, quas tamquam oſtentũ Eccleſia vniuerſalis exhorruit, & vt monſtrum excuſſit. Quis Orthodoxorũ, timens Deum, qui legat veſtras litteras contemptu plenas, nõ ſtatim offenſi numinis zelo exæſtuans, & intimis præcordijs in propheticum c illud erumpat: Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehemẽter,] cũ portæ d inferi adeo extolluntur contra Regnum cælorum, quod eſt Eccleſia, ac ipſum Dominum? At ſicut omnium in Deum bellum gerentium certus eſt caſus, ita nec dubia ruina, ſecundum illud ſacrarum ſententiarum e: *Qui in altum mittit lapidem ſuper caput eius cadet.*]

Cum igitur ea ſit communis vox exclamantium in vos Orthodoxorum: ſilere ne potuerunt ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-

a Aug. epiſt. 161.

b Matth. 18.

c Ierem. 2.

d Matth. 16.

e Eccl. 27.